Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26158
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dixit. necesse est euenire. Iusto lex
non est posita. i. imposita.
quasi ad onus. vel iusto non est posita
ad iustificandum. quia lex non iusti
ficat. nam lex neminem duxit ad
perfectum. vel non est iusto posita. i. pro
IVSTO.

VIR QUI NON
ABIIT.

Homo quando cogi
tationem suam ad terrena flec
tit. a patria in exilium uadit. pri
mum per uanitatem abit. deinde per
dilectionem stat. postea per consensum sedet.
per opus edificat. per desperationem
habitat. Nam accessus est anime ad
deum et recessus. Unde dicitur: Ibimus
itinere trium dierum. Accedenti iter
est per diem. recedenti per noctem.
Quot noctibus recedit. tot die
bus redit. Recedenti. primo
noctis iter est. per concupiscentiam.
quia alia preter deum appetit. tercio
per obstinationem. qua extra deum
in alienis requiescit. In superbia
est uanitas. in concupiscentia
delectatio. in obstinatione con
sensus. Per uanitatem abit. per de
lectationem stat. per consensum sedet.
Per superbiam a deo recedens uadit
ad se. ut requiescat in se. per concu
piscentiam descendit sub se.
ut requiescat in carne. per hoc
tamen extra se. ut requiescat in
carne. uisibilium specie et per
maneat in delectatione. Primum
uadit de uirtute sua gloriari.
secundo in uiciis suis delectari.
tercio in transitoriis consolari. Primo
maledictus homo qui confidit in homine.
secundo qui ponit carnem brachium
suum. tercio qui sperauit in multitu
dine diuitiarum suarum. Reuertenti
ad deum. prima reuersio est ab ali
enis ad propria. secunda a malis
ad bona. tercia a studio uirtutis.
ad conceptionem interne et eterne
dulcedinis. Hii sunt tres dies
accedenti ad deum. Tres leguntur
positiones. nam dicitur requiescere si
ue iacere. sedere. stare. Requiescere
ad iustificandos. sedere ad iu
dicandum. stare ad adiuuan
dum. De prima. Super quem requiescit
spiritus meus nisi super humilem. Et de
secunda. Cum sedit filius hominis in sede
maiestatis sue. De tercia. Ste
phanus uidit celum. a. et ihesum stan
tem. i. adiuuantem. ibi ita ex
ponitur.

Meditabitur die ac noc
te. Tria sunt in homine. lec
tio. meditatio. oratio. Lectione
loquitur deus nobiscum. Unde hoc. qui ha
bet aures audiat audiat. Medi
tatione interrogans ipsum. oratio